

omnes gratias agimus semperque habebimus.
Meam etiam haberes operam libentissime, si
michi quaedam esset in hoc copia aut mate-
ria. In Archivo autem Regni nulla inveni-
untur Documenta vel Diplomata antiqua
Germanica, nec in Archivis privatorum,
quoad sciam, quaedam, quae durante bello
XXX^o ennali huc allatae sunt, nec constat
Suecos unquam Diplomata quaedam et
Archivis Germaniae in Patriam secum
attulisse, de libris autem imprimis pretiosis
constat. Quod si documenta a Suecis vel
nomine Suecorum et Archivis Germaniae con-
quisitae fuerint, ea sine dubio in provinciis
Germaniae, Regno Sueciae tunc temporis
attinentibus, congesta et adservata fuerint.